6988 Taurinis effossa a. 1801 in demolitione portae Palatinae VISCONTI; *trouvée en 1802 dans les décombres du donjon de la porte dite du Palais* PAROLETTI. Extat in museo.

C . RVTILIO · GALLICO · COS · II
T · FLAVIVS · SCAPVLA

Descripsi. Visconti cod. 7 f. 35; Paroletti *notice sur une inscription consulaire* in actis Taurin. a. XII. XIII (1804. 1805) p. 266 (cf. p. XXVIII), ubi datur aere expressa; Promis p. 496 n. 273.

6989 Taurinis inventum a me in marmoreo conditorio sacelli D. Viti ultra Padum; sacrum canonicorum collegium D. Ioannis dono mihi dedit MACHANEUS. In antiquae basis columnae margine exteriore in villa nob. Augustini Mestiari mercatoris THESAURUS. In domo Mainorum in basi turris PINGON.

C · RVTILIO · GALLICO · COS · II

Machaneus 1508 ad Victorem de vir. ill. c. 42 (inde Reines. 17, 104; Promis p. 496 n. 272); Antoninus Thesaurus senator misit Manutio cod. Vat. 5237 f. 336; Pingonius p. 96 (inde Ligorius ms.; Grut. 168, 3; Promis p. 220 n. 42).

Ut dedi, Manutius. Machaneus sic: C·RVTILIO·GALLICO·COISSI; Pingonius interpolavit sic: P·RVTILIVS | AVG·TAVRINORVM | PROCONSVL

6990 Taurinis in moenibus rep. 1723 RICCHA. In museo MUR. et posteriores. — *Era nel principio del secolo XVIII nella facciata di S. Pietro di Cherasco; vi è ancora segnale della lapide* DAMILANO; in qua indicatione aut error insit necesse est aut fraus. Nam titulus propter argumentum non convenit nisi Taurinis et accedit iam testimonium Ricchae.

MINICIA*e*
L · F · PAETINAE
VXORI
RVTILI GALLICI
LEPTITANI
PVBLICE

Contuli. Riccha *foglietti letterarj* 25 Oct. 1723 n. 4; Mur. 1054, 2 a Caissotto; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 42; Maffei M. V. 222, 9; Promis p. 498 n. 274. Exemplum Cherascense commemorat Damilano Cherasco (1808) 1 f. 20, 2 f. 3, afferunt Sabaudica Gazzerae; admisit inter Cherascenses Muratori Vag. n. 37.

C. Rutilius Gallicus nominatur in laterculo augurum Grut. 300, 1 sic: [*C.*] *Rutilius G*[*all*]*icus cooptatus . .* [*G*]*alerio Trhachalo* [*T*]*i. Catio Silio Ital. cos.*, id est a. 68; successorem eius cum cooptaverint a. 92, eo diem obiit. Ad eundem num pertineant duo tituli Vindobonensis vol. III n. 4591 anni 53/4 et Superaequanus I. N. 5476, dubium est; certo ad eum scriptum est carmen Statii silv. 1, 4 datum, ut ait praefatio, 'Rutilio Gallico convalescenti' (nam sic ibi legendum), cum praesertim ibi v. 82 celebretur *maior curulis nec permissa semel.* Id scriptum est post a. 88, quo tempore Gallicus provecta aetate praefecturam urbis administrabat; cum librum edebat poeta, Gallicus mortuus erat. Meminit praefecti Gallici etiam Iuvenalis 13, 157. Quod apud Statium v. 60 Gallicus appellatur alumnus dei, *Alpini qui iuxta culmina dorsi signat Apollineo sanctos cognomine lucos*, recte convenit origini eius ex Taurinis, quam titulus maxime uxoris n. 6990 comprobat. Positus enim est a Leptitanis omnino ob eam causam, quod Gallicus ad census opinor accipiendos in eam provinciam missus erat secundum ea, quae de munere eius Libyco Statius v. 84 seq. scribit. Solebant autem provinciales magistratibus eorumque propinquis aut apud se aut domi eorum statuas dedicare. Recte rem exposuit Borghesius apud Bruzzam Vercell. p. 139. De annis consulatuum Gallici, qui ambo suffecti fuerunt, non constat.

6991 rep. Taurinis a. 1831 in moenibus antiquis aetatis Carolingicae; deinde in museo Taurinensi SAN QUINTINO.

*la*VR LAVIN
*sacerdot*I · VRBIS · ROMAE
*aet*ERNAE TICINI
*item p*ATRONO · REI PVBL
urbi SALVENSIVM
*rei p*VBL · NVMANATIVM
rei P · TOLLENTINATIVM
rei P · PLANINENSIVM
actori CAVSAR · FIDELISS
*pat*RON · REI P · AVG *Taur*
ob EIVS · ERGA R*em p*
*fidem at*QVE AC
TIA

Descripsi. Cordero S. Quintino act. Taur. 36 ad p. 150 aere expressit (inde Henzen 5126); Promis p. 221 n. 44.

13 aut TIN aut TIA. — Urbisalvia, Numana, Tollentinum, Planina (cf. III, 6202) oppida sunt Piceni.

6992 Taurinis in moenibus rep. ARIOST. 1723 et POSTERIORES.

*...*ANOR
*sacerdot*I · LANVVINO
*celer*I · LIBERTVS

Descripsi. Ariostus n. 21; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 73 (inde Donat. 338, 6); Promis p. 224 n. 46.

6993 Taurinis apud academiam scientiarum.

SIR
*equo pu*BLICO P
IIDICV
III

Descripsi.

6994 Taurinis in ecclesia S. Salvatoris.

STATIVS · A*e*BVTIVS
ET · P · A*e*BVTIO · ADIV*t*ORI
S · COS

Machaneus 1508 in comm. ad Victnrem (vir. ill. c. 42 (inde Grut. 855, 15 a Verderio; Guichenon 1, 60 ex Grutero).

ALBVT- pro AEBVT- traditur, item ADIVCTORI.